

disi seu horti amenissimi occurrerent. Hoc certe loco per antithesin mihi videtur facta allusio ad ejectionem illam primorum parentum ex paradiso, ut inaudiam rerum vicissitudinem factam insinuat propheta; illi de paradiso ejecti sunt ut illic regredi non valerent; at in mundi regeneratione paradisi deferri ad omnes gentes facit Dominus, et nulla fuit tam inculta gens ad quam paradisi Domini non pergeret. Unus homo, qui Æthiopiis adibat, paradisi erat, et brevissimo tempore faciebat Dominus succrescere justitiam, arbores et plantas cœlestes in terrâ illâ, ut Ecclesia Æthiopiis multo amenior esset hortus quam ille

CAPUT LXII.

1. Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur.
2. Et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclinant tuum; et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit.
3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.
4. Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata; sed vocaberis voluntas mea in eâ, et terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te, et terra tua inabitabitur.
5. Habitabit enim juvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui; et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.
6. Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes; et totâ die et totâ nocte in perpetuum non tacebunt.
7. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei, donec stabiliat, et donec ponat Jerusalem laudem in terrâ.
8. Juravit Dominus in dextera sua, et in brachio fortitudinis suæ: Si dederit triticum tuum ultra cibum inimicis tuis: et si biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti.
9. Quia qui congregant illud, comedent, et laudabunt Dominum; et qui comportant illud, bibent in atris sanctis meis.
10. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planam facite iter, eligite lapides, et elevat signum ad populos.
11. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ; Dicite filiæ Sion: Ecce salvator tuus venit; ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo.
12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis: Quasi civitas, et non derelicta.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PROPTER SION, etc. Propheta patriæ et civitatis suæ amicus, sed multo magis illius civitatis quam terræ Jerusalem designat, cujus laudes et gloriam non semel cecinerat, veritus ne forsitan quisquam eum profixitatis damnaret, et quod in eodem argumento diutius hareret vitio daret, non solum non desistendum sibi putavit, ut etiam scilicet vidensque inceptum persequatur. Verum inquit quod

initio mundi constitutus. Idem de cæteris Ecclesiis existimato. Plurima hic annotatione dignissima habes, christiane lector; vides enim divinum hœbitum; vides cui adscribi debeat prognominatio virtutum in terrâ; vides quæ sunt ornamenta terræ: vides Apostolorum gloriam et primorum illorum Christianorum divitias: vides quænam sint quæ laude digna sunt: laudem enim vocat que in sanctis illis laudabatur, et alia quamplurima ex hoc loco poteris eruere, quæ persequi leges Commentarii non patiuntur. Hæc autem tibi Deum tuum amabilem valde reddere poterunt, qui tantis mundum beneficiis affecit.

CHAPITRE LXII.

1. En faveur de Sion, je ne me tairai point; en faveur de Jérusalem, je n'aurai point de repos jusqu'à ce que son juste paraisse comme une vive lumière, et que son sauveur brille comme un flambeau.
2. Les nations verront votre juste, tous les rois verront votre sauveur illustre; et on vous appellera d'un nom nouveau, que le Seigneur vous donnera de sa propre bouche.
3. Et vous serez une couronne de gloire dans la main du Seigneur, et un diadème royal dans la main de votre Dieu.
4. On ne vous appellera plus la délaissée, et votre terre ne sera plus appelée la terre désolée; mais vous serez appelée ma bien-aimée, et votre terre, la terre habitée; parce que le Seigneur a mis son affection en vous, et que votre terre sera remplie d'habitans.
5. Le jeune époux demeurera avec la vierge son épouse; vos enfans demeureront en vous; l'époux trouvera sa joie dans son épouse, et votre Dieu se réjouira en vous.
6. J'ai établi des gardes sur vos murs, ô Jérusalem; ils ne se reposeront jamais, ni durant le jour, ni durant la nuit.
7. Vous qui vous souvenez du Seigneur, ne vous taisez point, et ne demeurez point dans le silence devant lui, jusqu'à ce qu'il affermissé, et qu'il rende Jérusalem l'objet des louanges de toute la terre.
8. Le Seigneur a juré par sa droite et par son bras fort: Je ne donnerai plus votre blé à vos ennemis pour s'en nourrir; et les étrangers ne boiront plus le vin que vous avez fait venir avec tant de peine.
9. Mais ceux qui ont recueilli votre blé le mangeront, et loueront le Seigneur; et ceux qui ont fait venir votre vin, le boiront dans mon temple saint.
10. Passez et repassez de porte en porte, préparez la voie au peuple; aplissez-leur le chemin, ôtez-en les pierres; élevez l'étendard aux yeux des peuples.
11. Le Seigneur a fait entendre ces paroles jusqu'aux extrémités de la terre. Dites à la fille de Sion: Votre sauveur vient; voici sa récompense avec lui, et son œuvre devant lui.
12. Et ils seront appelés le peuple saint, la race rachetée par le Seigneur; et vous ne serez plus appelée la ville abandonnée, mais la ville recherchée et jamais abandonnée.

quandiu viveret, à celebrandâ suæ civitatis gloriâ non cessaret, quousque tandem, quæ mente prævidebat, coram ipse oculis (si daretur) conspiceret. Quare illud propter Sion in bonum accipiendum putare: « Ob amorem, » inquit, « quem erga Sion gero, non tacebo, sed eandem cantilenam libens canam. » DONC EGREDIATUR, etc. Multo quidem antea tacuit Isaias; verum, ut dixi, hoc nihil aliud significat quam

quod si usque ad illa tempora viveret, non taceret; sicut qui dicebat: « Misericordias Domini in æternum cantabo; in generatione et generationem annuntiabo veritatem tuam, » etc. Quod certe nobis exemplo esse deberet, ne propterea minus grati, quod jam beneficium acceperimus, quam qui illud expectabant, esse videamur. JUSTUS EJUS. Quia de Messia videbat esse sermonem. JUSTAM ET SALVATOREM pro justitiâ ac salute dixit Vulgatus; quod jam supra annotavi etiam ex usu sermonis et vocum Hebraicarum id ipsum ei licuisse. Manifestum est autem, quod cum universa nostra justitiâ à Christo promanarit, justitiâ nostra et Ecclesia merito Christus dicatur, et salus. Ut SPLENDOR. Magnum futurum Evangelii fulgorem passim sacra literæ testantur, ut de adventu in mundum et predicatione Evangelii intelligendum videatur illud Evangelistæ: « Sicut fulgur exit ab oriente, et paret usque ad occidentem, sic erit adventus Filii hominis, » quod videlicet innosceret brevi tempore, et haud vulgari splendore, ut non audiendi essent qui dicerent: « Ecce hic, qui ecce illic est Christus. Quod enim de Christo credere debemus, per totum orbem vel pueri decantant per mille quingentos annos, ut impium sit Christianis aliud nunc Evangelium, seu (ut illi loquuntur) reparationem Evangelii audire. LAMPAS. Lapidem idem quod lampas Græcis ac Latinis, consentiente voce. ACCENDATUR, vel ardeat; dicitur autem tedi et splendor Sionis, quia de Sione exhibit lex, et verbum Domini de Jerusalem; et præcipui in Evangelio fuerunt Judæi.

VERS. 2. — ET VIDEBUNT GENTES. Cum enim in tenebris mundus ageret, non poterat non videri fax et splendor qui per orbem discurreret. Hoc planè est quod sub finem superioris capituli dixerat, quod germinare faceret Dominus justitiam coram omnibus gentibus. CUNCTI. Non ita ut sonant verba accipienda sunt, sed quemadmodum illa Pauli, quibus jam suo tempore dicebat predicatum Evangelium omni creaturæ quæ sub celo erat. NOMINABIT. Ad verbum, dicendum erat, quod os Domini perforabit; transfertur enim Hebræis verbum excavandi seu perforandi ad significandam eam notationem seu exarationem nominum aut rerum quæ perforationibus quibusdam fiebat. In malum accipitur Job. 3, hic verò in bonum; est ergo signare, seu notare, ut Gen. 30: Excava mercedem tuam, id est, nota, signa. Quale verò sit hoc nomen mox vers. 4, explicabit.

VERS. 3. — ERIS CORONA GLORIÆ. Quod hic dicit priori versus membro, repetit in posteriori. Solent autem coronæ regum ex auro et lapidibus pretiosis fieri; quæ etsi capiti imponi consueverint, juvat tamen in manibus habere ad earum pulchritudinem contemplandam. Vel alludit ad coronas quæ ex floribus fiunt. Vel certe illud in manu, Hebræis sæpè per pleonasmum additur; aliqui chorus Apostolorum apud Dominum et in oculis ejus pretiosus erat, veluti corona regni. Sicut autem qui coronam insiguntur regem se meriò putat; ita Dominus Jesus Dei Filius tunc se regem reputavit, quando sibi addictos

homines illos aspexit. Unde cum primum eos ad prædicandum amandavit, dicebat *vidisse se Satanam, tantquam fulgur de celo cadentem*; quasi jam regnum diaboli eversum per illorum hominum predicationem videret; per hos enim orbem terræ possedit. Adde, quod ornati fuerunt omni lapide pretioso. Quanta, queso, est illorum hominum gloria, ex quibus sui regni coronam sibi conficit Deus? DIADEMA, *temph, cidaris, tiara, pileolum rotundum non acuminatum erat, quo reges, sacerdotes et judices utebantur*; vide Zach. 3, et supra 22.

VERS. 4. — NON VOCABERIS, etc. Terrestris illa Jerusalem deserta mansit; at isthæc de quâ est sermo in æternum non erit deserta, neque *afflatio*, ut loquuntur Hebræi; est enim ininitum cum eâ fœdus æternum. SED VOCABERIS. Quamvis particula *hi* adversative aliquando accipiatur, non malè tamen hic suo more pro rationali accipi poterit; quasi propterea credendum sit, non ultra vocandam desertam, quod vocari jamjam deberet *hefti ba*, id est, *voluntas mea in eâ, seu bene placitum meum in eâ, vel cum eâ*. Qui autem fieri potest ut ea civitas desoletur quæ hoc nomine ex ore Dei appellatur? Hoc est enim illud nomen novum, de quo supra vers. 2, quod propterea fortè dicitur Dominus ore suo excavasse, quod non sine industriâ et labore inventum sit, ut ea quæ excinduntur et effodiuntur; quasi significet propheta, esse hoc nomen summâ prudentiâ adinventum; sicut nos Lusitani dicimus, *ego illi hoc nomen et dignitatem effodi*, id est, meâ industriâ et beneficio ad illum honoris gradum ascendit, non meriò, non viribus suis, etc. QUANTUM autem Dei Filius emerit, posse nomine hoc appellari parvulum illum gregem, quanta prius pertulerit, faciliè intelligit qui Evangelium perlegerit; unde illud: *O generatio incredula! usquequò ero vobiscum? usquequò patiar vos?* quod ad discipulos videtur dictum; nam dicit, *propter incredulitatem non potius eos demoniacum liberare*; et rursus: *Adhuc et vos sine intellectu estis?* et infinita alia quæ illorum rudimentum coargunt, quam Dei Filius incredibili tolerantia pervicit ac dolavit, ut tandem fierent *corona regni*, et ei essent quàm gratissimi et acceptissimi; quod notat nomen illud *hefti ba*. Huic enim nemo possit resistere, meriò pro causâ assignatur quòd non ultra sit *desolatio*, sed neque *terro ipsius*. Nam voluntas quoque Domini in eâ, vel in eam erat; non solum enim Apostolorum collegium, sed Ecclesiam illorum qui credituri erant per eos valde dilexit, ut illos *delicias suas* esse diceret. Huc faciunt verba illa Pauli, quibus ait: « Ecclesiam suam sic dilexisset, ut se pro illâ traderet, et mundaret eam lavacro aquæ in verbo vite; ut tandem eam exhiberet non habentem maculam aut rugam. » Quare non dubito quin ad hunc locum facta sit allusio in verbis illis angelicis in Nativitate Domini, quibus *Deo gloriam, et in terrâ pacem, hominibus illis præserim in quibus Dominus sibi complacuisse, cecinerunt*; legendum enim cum Vulgato existimo *edificas*; homines verò *edificas*, juxta hebraismum, quem passim retinent Apostoli etiam Græcè scribe-

rent, sunt homines accepti seu grati, et in quibus Deus bene placet, ut loquitur Scriptura. Tunc sanè vocata est illa regio voluntas Domini in eâ; imò postquam redemptio fuit consummata, habuit Ecclesia unde sic vocari possit; quod ad veritatem oraculi sufficit. **INHABITABITUR.** Jam præcesserat participium ejusdem verbi, pro quo Vulgatus dixit *inhabitata*; non quòd ea esset vis verbi, sed sensum utcumque reddens. Latissime enim patet verbum *habitabit* Hebræis, ut sæpe jam dixi, adeoque pro rei circumstantiâ variè reddere oportet; et de terrâ dicitur, quando terra habet qui se cum amore fruatur, ut quando qui in eâ nati sunt in eâ absque timore habitant; dicitur quoque de uxore et sponsâ, ut mox sequenti versu.

VERS. 5. — HABITABIT JUVENS CUM VIRGINE. Ubi juxta propriam verbi significationem dici possit, *fructus juvenis virginis*, id est, juvenes sibi in uxores ducent virginis, quod tempore pacis fieri solet; nam belli tempore delectus fit juvenum, neque datur otium ad nuptias contrahendas. Arbitror autem hoc verbum reddidisse Paulum cum ait: Ego te fruor in Domino; notatque dominium quoddam et auctoritatem. **GAUDEBIT SPONSUS.** Nomen est Hebræis *gaudium*, ut videatur supplenda nota similitudinis: *Quale gaudium est sponsi propter sponsam, sic gaudebit de te Deus tuus.* Hoc respexit Joannes cum ait de Christo: *Qui habet sponsam, sponsus est, etc.* Si, christiane lector, pro dignitate hoc loco consideres, quid sit eum qui se ipso felix abundè est, voluptates et delicias suas in homine collocare, homines sibi desponsare, in illis complacere, illis frui, illis gaudere, quemadmodum sponsus de sponsâ dilectissimâ; non dubito quin indignum nimis tibi videatur, abstracto Deo, alias tibi delicias, quibus fruaris et quibus te adicias, perquirere; quod velut ingens malum hoc ipso verbo usus objicit Malachias 2: *Profanavit Jehuda sanctitatem Jehova, quam dilexit* (id est, cultum et religionem à Deo institutam), et *fructus est filia Dei nobis*, seu *adamarit*, etc., duxit eam in uxorem, ut eâ frueretur, etc.

VERS. 6. — SCER MURUS, etc. Solent in muris excubare vigiles, ne hostes noctu irrumpant in civitatem; interdù quoque speculatores in eisdem constituuntur, ut annuntient quæ ex longinquo adventare intellexerint. Hoc munus in Ecclesiâ est prædicatorum verbi Dei. Hic mihi propheta significare videtur Isaias, quos semper habuit ille populus. Hoc (quandoquidem se immortalem non esse noverat Isaias, neque ad tempora usque Messie victurum) exhortatur ut minus sum exsequantur; prius tamen ad ipsam Jerusalem verba facit, ut hoc pro non vulgari Dei beneficio agnoscat. Sunt autem verba Domini: « Non tacebunt die ac nocte; semper mittam ad te qui te venturorum commonefaciant; » hoc est quod apud Jeremiam dicitur, « de nocte surrexisse Dominum ad mittendos prophetas, » etc. Deinde ad ipsos prophetas conversus ait: **QUI REMINISCIMINI, etc.** vel *qui commemoratis, qui factis ut alii reminiscantur*, id est, vos quorum munus est facere ut vigeat memoria Dei inter homines; quos enim *custodes* et *vigiles* appellaverat, hos hic vocat

commemorantes Jehova, id est, qui prædicant verbum Dei, et faciunt ne alii sui obliviscantur, sed timeant, et mandatis ejus obediant, prophetas videlicet et sacerdotes legis Dei interpretes. **NE TACEATIS.** Hebr.: *Ne silentium vobis*; construitur autem cum verbo sequentis versûs.

VERS. 7. — ET NE DETIS SILETIUM EI. Neque vobis neque ei silentium detis; et in utroque loco *silentium* pro quiete accipiendum est. Nam ipsum verbum et *silere* et *quiescere* notat, sicut Græcis *σιωπῶ* quia quæ quiescunt, silent. Ne detis, inquit, quietem vobis neque Deo ipsi; sed eum assidue interpellat, ut promissis stet, et populi sui miseratur; hæc spe populum confirmat, et de futurâ Israelis et Jerusalem felicitate verba facienda nullo unquam fastidio teneamini; ne, queso, quiescat. Dixi quidem de me, quòd non quiescerem quousque oriretur Christus; sed cum mihi prius moriendum sit, vos qui futuris generationibus in ministros et custodes Jerosolymorum constituemini, pro me id facite; erit hoc unum desiderii mei solatium, si intellexero non desse qui Deum pro suâ civitate solliciti, neque quiescant, quousque stabiliat, etc., seu *confirmet et adimpleat quæ promissit*; vel utrumque verbum more Hebræorum simul est construendum, *stabiliat et ponat*, id est, firmiter ponat, immobiliter statuat. **JERUSALEM LAUDEM IN TERRA,** id est, feliciam reddat, ut cum merito omnes gentes laudent, et sit totius orbis gaudium, ut alibi dicitur. Quod certè per Christum contigit; nova enim Jerusalem ex veris illis Israelitis constans, grex ille paullus, qui fuit lux mundi, gaudium fuit totius orbis; tum quia verum gaudium animum mundo invexerunt, tum etiam quia toti mundo fuerunt ipsi jucundissimi, et eos ut felicissimos usque hodie laudant universi; sed neque illa terrena Jerusalem laudis omninò expers dicenda est, nam ex illâ exiit verbum lætitiæ pro totum orbem.

VERS. 8, 9. — JURAVIT DOMINUS, etc. Explicat, sed figuris quibusdam, quòd lætitiâ implenda esset Jerosolyma, simulque rationem reddit quare non debeant tacere ministri verbi. *Juravit enim Jehova, quòd Jerosolymitani tritico suo ac vino suo deinceps fruerentur, non hostes.* Pacem hæc notant, ut de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate, et justitiâ coram ipso; neque enim bona novæ Jerusalem rapinis hostium patebunt; solida et vera sunt, et quæ nemo ab invitâ auferat, ut jam exposuimus in superioribus.

VERS. 10. — TRANSITE, etc. Congregandos in Jerusalem significat filios Dei qui erant dispersi. Adhortatur ergo veros illos Israelitas, ut celeriter exeuntes per portas civitatis præparent itinera adventantibus dispersis. Quæ certè nihil aliud significant quam ex Jerusalem celeri cursu ituros discipulos Domini pro totum orbem, et ingenti conatu nihil non facturos, quò tandem, non quidem ad terrenam Jerusalem sed Ecclesiam Christi, quotquot præordinati erant ad vitam æternam pervenire possent. Et celerem quidem

cursum significat illud repetitum verbum: *Transite, transite*; diligentiam verò et summum studium quæ sequuntur. **PRÆPARATE VIAM, etc.** Hoc primò facere deberent prædicatores verbi, ne in viâ Domini sint quæ oculos vocatorum vel venientium offendant, sed jucundæ sint viæ, et ad ambulandum provocent. Hæc quoque facti quod sequitur. **PLANUM FACITE.** Hebr.: *sternite, sternite*; quod idem est quòd *planum facere*, sed repetitio studium commendat. **ELIGITE LAPIDES.** Ita quoque Hebræi interpretantur; sed non video cur *Sacal mehen* non sit *munire terram, seu viam, lapidibus*, q. d.: *Lapidate ex lapide.* Supra enim cap. 5, interpretati sumus *lapidare pro lapidibus munire*, neque abs re; hæc autem constructio hanc interpretationem exigere videtur. Complonata autem itinera lapidibus pro ordinem stratis minori labore conficiuntur, neque aquis pluvialibus facilè vitiantur. Quod certè etiam studium commendat prædicatorum Evangelii, ad quos manifestum est pertinere quod sequitur de *extollendo signo ad gentes*; per crucis enim prædicationem vocandæ erant gentes. Omitto, quòd allusio sit ad militandi rationem; nam Christus Dominus imperator est, et qui in eum credunt, in militum numerum, datis nominibus, computantur. Quæ omnia sequenti versu explicantur.

VERS. 11. — ECCE DOMINUS, etc. Solent milites extollere signum, et tubâ canere; ita Dominus *audiri fecit per totum orbem* hoc quod sequitur, nempe quòd *dictum fuerit Sioni: Ecce Salvator tuus venit, etc.* Hæc est Apostolorum prædicatione, nempe, quòd quem sperabat Sion, *Redemptor sui venerit*; quòd Deus in mundum venerit, et ex Judæis carnem suscepit. Sed quorsum hoc gentibus nuntiabitur? nimirum ut velint ejus salutis participes fieri, et in eum Deum credere, qui sicut olim promissit, sic fecit; ei Deo, inquam, velint adherere, qui hominum amator est. Unde magi gentium primitiæ interrogant: *Ubi sit natus rex Judæorum?* Quid vobis et regi Judæorum? Deus est; eum adoraturi venimus; etsi enim Judæis tantum promissus est, et eorum Deus, et rex peculiaris ratione dictus est; Deus tamen cum sit, nequit omninò fieri ut homines quos condidit despiciat; hæc non vel secundo saltem loco, ac se adorari à nobis permittat, quoniam Deus omnium est Deus. Hoc *audiri fecit in terminis terræ*, hoc prædicari, quòd *consolatus sit Dominus populum suum, redemerit Jerusalem*, ut dicant gentes: « Venite, ascendamus in montem Domini, et ad domum Dei Jacob; et ambulabimus in semitis ejus. » In hunc certè usum gloriatur apud gentes de impletis promissionibus factis patribus Judæorum. Sed quid dictum est Judæis? **ECCE SALVATOR, vel salus**; sed de personâ est sermo; hoc certè eis dictum est per Joannem Baptistam, quando eis eum digito ostendens, dicebat: *Ecce qui tollit peccata mundi*, et multa hujusmodi. Hoc ipsum sis dixit ipse Jesus verbis et operibus. Hoc multi ex eis agnoverunt, et dixerunt quòd esset verè Salvator qui antea dicebatur venturus; neque enim illud *dicite* certam personam respicit; sed perinde est, proph-

etis *accidit poterit. Ecce MERCE* EJUS, etc. Hoc quoque Sioni dici poterit, quòd cum Salvatore veniat *merces ejus*, id est, non tardabit, quin mandum possideat; hæc enim *merces* adventus et laboris ejus, juxta illud: « Postula à me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. » Illud *coram eo, cum eo*, summam accelerationem significat, et quòd brevissimo tempore mercedem esset percipurus, et quæ esset esset subjuganda. Hæc quidem audire Sion, omne gaudium superabat; gentibus verò prædicatum est, hoc jam audisse Sion, nimirum ne ipse tardarent venire, audientes quòd Judæis ex promissione adveniret Redemptor, sibi verò ex misericordiâ. Denique quòd non *Judæorum esset Deus tantum, verum et gentium*; imò quòd pro suo labore, tanquam præmium, gentes quoque sibi adsciret, et parum putaret si tantum Israelitas vocaret. In Actis autem Apostolorum legitur, quòd cum hæc gentes ex ore Pauli audissent, *gaudio sunt, et glorificaverunt Deum.* Idem autem hoc loco est *opus et merces*, ut jam supra ostensum est, ex locis Levit. 19, et Deut. 24.

VERS. 12. — VOCABIT EOS, etc. Illos *populos* ad quos *signum elevabitur*, de quo vers. 10, illos, inquam, qui in *extremitate terræ audierunt* quòd Judæis acciderit, qui pro *mercede* dati sunt Christo, et ad Jerusalem properabunt; illos, inquam, vocabunt *populum sanctum*; omnes enim Christiani olim *sancti* dicebantur. Ipsum verò Jerusalem dicit vocandam esse *civitatem requisitam*, id est, dignissimam quam omnes gentes ambirent et quærent, et ad quam omnes alacriter properarent, nullis itinerum difficultatibus aut incommodis retardati, nusquamque amplius derelinquendum ad descendendam, ut contigit terræ illi Jerosolymæ, quæ *sæpius deserta et derelicta* fuit. **TU AUTEM VOCABERIS, vel tibi vocabitur, seu nomen imponetur.** In participio autem *requisita* intelligimus quòd non solum restauranda esset, sed et felicissima foret, sicut civitates illæ ad quas scimus ex variis nationibus quamplurimos aut visendi studio ad negotiorum causâ sese conferre. Quæ sunt autem Ecclesiæ divitiæ sæpius apud hunc prophetam vidisti. Verum enimverò propter ea quæ sequuntur alteram expositionem horum duorum versuum apponendam duxi, quæ mihi simplicior videtur, quamvis superior non sit inepta. Significaverat vers. 2, adducendas ad Ecclesiam gentes per eos qui ex urbe Jerusalem exirent; quare intulit: *Extollite signum ad populos*; q. d., inferte signa vestra ad quasvis gentes. Id ita factum esse statim significat: *Ecce Dominus auditum fecit ad finem usque terræ*, id est, prædicari fecit. Neque quid prædicatum sit exponitur, neque quæ erant; ordinem enim rerum tantum indicare volebat, et quàm brevi Jerusalem ad summam felicitatem perventura esset, eam videlicet quam in superioribus hoc eodem capite exposuerat. Vide ordinem: *Exite, parate iter, prædicatè gentibus*; hoc ubi factum fuerit: *Dicite filiæ Sion, etc.*, et quia id jam tanquam factum prævidebat, subest ut idem prædicatores hæc

quæ sequuntur annuntient Sioni, et dicant : Ecce Saluator tuus venit; ut non de adventu in carne hic agatur, sed de adventu ex devictis gentibus per Evangelium; abiit enim Dominus in regionem longinquam accipere regnum, et reverti. Supra autem ostendimus, quod in gratiam Judaorum innuat Dominus in Scripturis non semel, *debellaturam se gentes*. Debellatio autem etsi utilis fuerit gentibus (nam eos à potestate Satanae transtulit in libertatem filiorum Dei), non minus tamen fuit Judaëis, si non desperent, gloriosa; quandoquidem ad agnitionem et cultum Dei sui adducebantur, qui solus erat gloria et laus Israelis. Ergo tanquam rem jucundam et diu desideratam nuntiari jubet Judeis, quod saluator ipsius rediret adducens infinitam hominum multitudinem captivam : Ecce, inquit, *merces ejus cum eo, et opus illius coram*

CAPUT LXIII.

1. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue? Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.

2. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? 3. Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum; calcavi eas in furore meo, et concalcavi eos in ira mea; et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi.

4. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis mee venit.

5. Circumspexi, et non erat auxiliator; quæsi vi, et non fuit qui adjuvaret; et salvavit mihi brachium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6. Et concalcavi populos in furore meo, et inebriavi eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutum eorum.

7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, et super multitudinem honorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem miserationum suarum.

8. Et dixit: Veramtamen populus meus est, filii non negantes; et factus est eis saluator.

9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, et angelus faciei ejus salvavit eos; in dilectione sua, et in indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos, et elevavit eos cunctis diebus seculi.

10. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum Sancti ejus; et conversus est eis in inimicum, et ipse debellavit eos.

11. Et recordatus est dierum seculi Moysi, et populi sui: Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? ubi est qui posuit in medio ejus spiritum Sancti sui?

12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio majestatis sue; qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum.

13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem?

ipso; ecce adducit gentes tanquam adventus sui præmium; sicut cum Jacob ex Mesopotamia rediret cum gregibus, etc. Vel perinde est ac si dicat: Si abiit in regionem longinquam suscepturus difficile bellum, non fuit labor ejus inanis; secum sui laboris adducit mercedem ac præmium; gentes enim adducit, quæ omnes dicantur sanctæ, et te laudibus celebrent, ut posthæc dicaris civitas omnibus gentibus exoptata, etc. Ubi vides victoriam Christi per Apostolos hæc unâ re constare, quod gentes ad fidem et sanctitatem morum perduxerit, et Ecclesiam suam celebrem reddiderit, ut Christo Domino gloriam quasi invidere videantur qui in culpa sunt ne aut sanctitas vigeat, aut Ecclesie splendor ac celebritas progressus faciat. Si hæc sic accipias, non jam difficile fuerit caput sequens exponere, aliquo difficillimum.

CHAPITRE LXIII.

1. Qui est celui-ci qui viens d'Edom, qui vient de Bosra, avec sa robe teinte de rouge? Qui éclate dans la beauté de ses vêtements, et qui marche avec une force toute-puissante? C'est moi, dont la parole est la parole de justice, qui viens pour défendre et pour sauver.

2. Pourquoi donc votre robe est-elle rouge, et pourquoi vos vêtements sont-ils comme les habits de ceux qui foulent le vin dans les pressoirs?

3. C'est que j'ai été seul à fouler le vin, sans qu'aucun homme d'entre tous les peuples fût avec moi: je les ai foulés dans ma fureur, je les ai foulés aux pieds dans ma colère; et leur sang a rejallé sur ma robe, et tous mes vêtements en sont tachés.

4. Parce que le jour de ma vengeance est dans mon cœur: le temps de racheter les miens est venu.

5. J'ai regardé autour de moi, et il n'y avait personne pour m'aider; j'ai cherché, et je n'ai point trouvé de secours; ainsi mon bras fut ma ressource, et ma colère m'a soutenu.

6. J'ai foulé aux pieds les peuples dans ma fureur, je l'ai ai enivré dans ma colère, et j'ai renversé leur force par terre.

7. Je me souviendrai des miséricordes du Seigneur; je chanterai ses louanges pour toutes les grâces qu'il nous a faites, pour tous les biens dont il a comblé la maison d'Israël, qu'il a répandus sur elle selon sa bonté, et selon la multitude de ses miséricordes.

8. Car il a dit: Ce peuple néanmoins est mon peuple; ce sont des enfants qui ne renoncèrent plus leur père. Et il est devenu leur sauveur.

9. Dans toutes les afflictions qui leur sont arrivées, il ne s'est point lassé de les secourir; mais l'ange de sa face les a sauvés. Dans l'affection et dans la tendresse qu'il leur avait pour eux, il les a rachetés lui-même, il les a portés, et il les a toujours élevés en gloire.

10. Cependant ils ont irrité sa colère, et ils ont affligé l'esprit de son Saint; et il est devenu leur ennemi, et ils les a lui-même détruits.

11. Mais il s'est souvenu des siècles anciens, de Moïse et de son peuple. Où est celui qui les a tirés de la mer avec les pasteurs de son troupeau? Où est celui qui a mis au milieu d'eux l'esprit de son Saint?

12. Qui a conduit Moïse par la main droite, et l'a soutenu par le bras de sa majesté; qui a divisé les flots devant eux, pour s'acquiescer un nom éternel.

13. Qui les a conduits dans le fond des abîmes, comme un cheval qu'on mène dans une campagne sans qu'il fasse un faux pas?

14. Quasi animal in campo descendens, Spiritus Domini ductor ejus fuit; sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.

15. Attende de celo, et vide de habitaculo sancto tuo, et gloriæ tuæ; ubi est zelus tuus et fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum et miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16. Tu enim pater noster, et Abraham nescivit nos et Israel ignoravit nos; tu, Domine, pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

17. Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis; indurasti cor nostrum, ne timeremus te? convertere propter servos tuos, tribus hereditatis tuæ.

18. Quasi nihilum possederant populum sanctum tuum; hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam.

19. Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QVIS EST, etc. Jusserat nuntiare Sioni, quod *adveniret Saluator ejus*; jam cum appropinquante civitati inducit et de hostibus triumphantem. Fideles itaque Israelite triumphantem admirantur et, *quisnam sit*, interrogant; ignorabant enim mysterium de vocatione gentium, et vix fieri posse credentes ut gentes fierent adventus Messie participes. De Edom. Non displicet illorum commentarius qui per *Idumæos* et *Moabitas*, quorum civitas erat *Botera*, intelligunt gentes omnes populi Dei inimicas, quod isti acerrimi essent hostes Israelis. Puto tamen horum duorum locorum meminisse propter etymologiam; nam *Edom* à *rubore* dictus est, et *Botera* à *vindemia*. Gaudet enim propheta hujusmodi allusionibus, sicut David, Ps. 102: «Heu me! quia peragravi Mesec; inhabitavi cum tentoriis Chedar. Rabat habitavit sibi anima mea.» Sic enim omnino vertendus est locus. Non est autem intelligendum, quod unquam apud Moscovitas septentrionales Scythas, qui aut apud Ammonitas, quorum civitas erat Rabat, à *multitudine* seu *magnitudine* dicta, aut in Agarenorum solitudine et regione, quæ nomen accepit à Chedar filio Ismaelis, quæ vox quoque *obscuritatem* notat, habitaverit David; sed ipsos Israelitas similes moribus illarum gentium insinuat, quasi illis tribus nominibus nihil aliud significaverit quam quod longam moram traheret in *obscuritate*, populares suos notans. Ita hoc loco propter *ruborem* et *mustum* norum locorum meminit, quod regiones è quibus redemptor cum triumpho redibat veluti sanguine effuso replete fuerunt, et gentes veluti in *vindemia* *effusa calcaverant* (ut mox narrabitur). Secunda enim peruncutiō cum priori omnino eadem est, nisi quod primo versu interrogatur de persona, secundo de causa. Dicere enim: «Quis est qui venit de Edom?» est dicere: «Quis est iste qui rubrum habet vestimentum?» et illud, «tinctis vestibus de Botera?» quis est qui vestimento gerit musto tincta? quæ certè secundo versu continentur, ut mox explicabimus. Quæ verò fuerit hæc *inquinatio*,

14. L'esprit du Seigneur l'y a conduit comme un animal qui marche dans une campagne. Seigneur, c'est ainsi que vous vous êtes rendu le guide de votre peuple, pour signaler à jamais la gloire de votre nom.

15. Attendez de haut, et voyez de votre saint lieu sur nous de votre demeure sainte, et du trône de votre gloire. Où est votre zèle et votre force? Où est la tendresse de vos entrailles et de vos miséricordes? Elle ne se répand plus sur moi.

16. Car c'est vous qui êtes notre père; Abraham ne nous connaît point, Israël ne sait qui nous sommes; mais vous, Seigneur, qui êtes notre père, notre libérateur, vous qui êtes grand dès l'éternité.

17. Seigneur, pourquoi nous avez-vous fait sortir de vos voies? pourquoi avez-vous endurci notre cœur, jusqu'à perdre votre crainte? Apaisez votre colère, à cause de vos serviteurs, des tribus que vous avez rendues votre héritage.

18. Nos ennemis se sont rendus les maîtres de votre peuple saint, et ils ont eu pour lui un profond mépris; ils ont foulé aux pieds votre sanctuaire.

19. Nous sommes devenus comme nous étions au commencement, avant que vous fussiez notre roi, et que nous portassions le nom de peuple de Dieu.

mox etiam aperiet. Formosus in stola. Nolare autem oportet ut facilis sit eorum quæ sequuntur intelligentia, quod etsi *indumenta* erant *contaminata*, dicitur tamen *decoratus in*, vel *cum*, *indumento suo*. GRADENS. Non habui aptiorem quæ redderem vocem, quæ proprie dicitur de eo qui incedit cum pompâ et fastu, quasi conscius suæ dignitatis. IN MULTITUDINE VIRTUTIS, id est, præ se ferens ingentem virtutem; aliter enim incedunt debiles et pusillanimes, aliter qui viribus et potentia pollent. Ego, qui loquor, etc. In Hebr. est *loquens in justitia* seu *cum justitia*. Fortè hic *justitia* pro *veritate* accipitur, ut sapè alius, quem admodum et *veritas* etiam pro *justitia*, quasi glorie tur quod sicut promiserat eis adimpleverit, et ultionem sumperit de hostibus suis, et hostes omnes populi Dei fidei subjugarit. Vel certè *loqui in justitia* est *judicium justè exercere*, quo se regem et justum esse dicit. Hoc enim Messie tribuebant sacra littera, quod *judicium mundo proferret*, et *cunctis gentibus jus diceret*, ut supra non semel annotatum est. PROPRICATOR. Hebr. *rab, multus*; potest et pro *principi* accipi; *magnus* enim quoque designat. Est quod supra vertit *Vulgatus multus ad ignoscendum*; magnus remissionis auctor. Justitiam ergo et misericordiam suam hic celebrat, sicut qui dicebat: «Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine.» Et licet tam magnus sit ad judicium exercendum quam est ad condonandum seu salvandum; cum damnatio ex nobis oriatur, justificatio ab ipso: non se *principem*, seu *multum*, seu *magnum* dixit ad *justitiam exercendam*, sicut ad *salvandam*. Libenter autem utrumque membrum de misericordia dictum acciperem, quasi non loqui se glorie tur nisi hominum justificationem et salutem, nisi de vindicta esset etiam hic sermo, ut mox videbis.

VERS. 2. — QUARE ERGO RUBRUM, etc. Addidit ergo *Vulgatus* de suo, ad lucem orationis versu primo, *quis esset qui rubricatus veniret*; hic de causa querunt. ET VESTIMENTA TEA. Ad verbum, et in *vestibus tuis*, sup. *est rubor*.

VERS. 5. — TORCULAR CALCAVI SOLUS. Hæc significat victoriam quam de gentibus Christus reportavit, prædico Evangelio, et captivatis gentibus in obsequium fidei. Fuit itaque magna cædes spiritalis. Dicitur autem *conculcatio qualis est uvarum*, nimirum quod omnem suam virtutem et succum, et quicquid laude dignum eis inerat, Deo deprompserunt. His verò similitudinibus utitur ut carnali expectationi Judæorum satisfaciat, quâ victorem et stragem edentem, et colla regum prementem ex Scripturis expectant Messiam suum. Ita verò huic opinioni satisfacit, ut interim eos ad spiritalem victoriam hæc et similia que in aliis Scripturis legerint doceat referre, ut in sequentibus videbitur; præter hoc, quod sub finem capitis superioris dixerat, illos quos adducebat ex gentibus vocandos *populum sanctum*; et primo versus hujus se *mutum esse ad salvandum* dicebat. Major siquidem victoria censi debet gentibus, moribus depravatis, et nihil nisi peccare scientibus, religionem et fidem Christi probabilem facere, ut desertis diis suis et legibus carnis et sanguinis, Christum dura imperantem sequerentur, quam si ducto exercitu omnes trucidaret. SOLUS. Ut intelligamus soli Christo victoriam illam ascribendam; nam quis ad illud munus Evangelii (inquit Paulus) idoneus esse potuisset? Quidquid illi effecerunt, ut instrumenta Christi fecerunt. Adde, quod cum præcipua victoria hujus pars sit remissio peccatorum et reconciliatio mundi cum Deo, mortis et peccati damnatio, hæc autem omnia solus Dei Filius moriens in cruce peregerit, quamvis ejunctionis ex orbe tyranii ministri fuerint Apostoli, et verbo Dei efficerant ut hæc bona ad gentes manerent, merito tamen Salvator se *solum* fuisse dicit qui *torcular calcavit*, id est, jugum gentibus imposuerit, neque ex universâ hominum multitudine quemquam existisse qui manum apposuerit illi operi; quod versibus sequentibus explicatur. ET CONCLAVI EOS IN IRA, etc. Nomen *iræ* ac *fororis* rem obscurant; nam si misericordie fuit gentes fidei subjugare, ut planè fuit, neque aliud canunt scripta prophetarum et Apostolorum quam *gentes super misericordiam laudare Deum*, quod: Quænam fuit isthæc *iræ*? quis foror? Vide, Christiane, que supra, cap. 56, 46, et seq., annotavimus; ferè enim eadem sunt que illic et hic dicit propheta. Illic enim ubi dixit, *displicuisse in oculis Domini non esse iudicium in terrâ*, addit quod *semetipsum exhortatus est ut salvare vellet*. Quod cum fecisset, finem victoriæ commemorans ait: *Timebunt qui ab occidenti nomen meum*, etc. Ergo indignatio erat ob peccatum et peccati tyrannidem; quod non solum homini nocebat, sed ipsi quoque Deo injuriam faciebat; misericordia verò in ipsos captivos, quorum vicem dolens eis redemptor advenit, ut ibi etiam explicatur. Conculcata sunt ergo gentes à Christo cum furore in ipsum, scilicet peccatum, quod in illis regnabat, et cuius partes etiam illæ tuebantur; repugnabant enim etiam ipsæmet peccatores salutem, remediò suo; sed tandem victi succubuerunt. ASPERSUS EST SANGUIS EORUM. Cæterum nomen quod hic *sangu-*

ient vertunt *netsac*, nusquam in hæc significatione accipitur nisi hic, et vers. 6, ubi tamen Vulgatus *virtutem* vertit. Quo fit ut putem rabbinos sic existimasse vertendum, quod verbum *aspergere* id postulare videretur. Ego verò hæc voce uti voluisse prophetam existimo, ne de cæde corporali intelligeremus esse sermonem, sed illam vestium tinctionem figuratè accipiendam. Nam nomen in Scripturis solet conjungi nominibus magnificentie, fortitudinis, decoris et confessionis. Ergo hic pro *excellentiâ* accipere possumus, vel *sustentatione*, id est, iis que sustentant, vel pro *laude*, et iis que ad laudem victoris faciunt, quasi significet in indumentis victoris potuisse quemvis videre quas gentes debellasset, quod spoliis earum ditatus rediret. Et si dicas nomen significare *victoriam*, idem ferè sensus est. *Aspersas* autem victoriæ *vestes* dixit poetice pro victoriæ signis, nempe sanguine hostium, ut hæc ratione credam Vulgatus *sanguinem* vertisse, non quod crederet id vocem significare.

VERS. 4. — DIES ENIM ULTIONIS. Ordinem rei narrat. Consequerentur enim scriptores sacri, ubi rem quampiam quodam veluti compendio significaverit, quasi rogati ut ab initio ordine rem exponant, iterum alitius repetitio exordio rem prout gesta est describere. Quod animadvertere oportet, ne in hujusmodi repetitionibus hæreat lector. Ergo sic accipie ac si diceret: «Vultis rei ordinem intelligere? dicam. Venit in cor meum dies ultionis,» id est: Venit mihi in mentem tempus esse seu opportunum esse ut ultionem de hostibus meis caperem, et esse annum seu tempus quo iamdudum patere decreverat suos redimere. Tunc ergo asperi, etc. Quæ omnia exposita sunt supra cap. 59, 16, et seq. Et propter hostes quidem *dies ultionis* dicitur, propter homines autem *dies redemptionis*; sic enim in Vulgata editione legendum est, ut etiam legit Hieronymus in Commentariis. IN CORDE MEO, vel *in cor meum*; more hominum loquitur, quibus de novo solet res in mentem venire; Deo autem omnia simul adsunt. ANNUS REDEMPTIONIS; *gulaï*; vel *redemptionum meorum*.

VERS. 5. — ET CIRCUMSPEXI, etc. Conveniunt cum verbis cap. 59, 19. Illic dicitur: *Non fuit vir*, hic *non fuit adiutor*; illic *non fuit intercessor*, hic *non fuit sustentator*; illic quod *iustitia sustentavi*, hic quod *ipsa indignatio*. Indignatio enim ex ipsa sanctitate et iustitiâ Dei procedebat, quæ diutius imperium peccati ferre non poterat. Cætera conveniunt. Ut tamen vim verbi aliquo pacto exprimerem dixi, *meipsum devoti*. Significat enim vox Hebræa *esse vicalam*, seu, ut loquitur Paulus, *peccatum, facere*, nimirum ad explandam aliorum peccata.

VERS. 6. — ET CONCLAVI POPULOS, etc. Exposita sunt hæc v. 5. *Inebriare* autem in Scripturis est ingentes tribulationes veluti propinare, et magnis calamitatibus afficere. DETRAXI, vel *descendere feci*. VIRTUTEM. Juxta duplicem expositionem nominis *netsac*, quam supra habes v. 5, dupliciter hic interpretari poteris, vel de *excellentiâ* eorum, vel de *victoriâ*, id est, sanguine signo victoriæ. Notandum autem idem

esse in Scripturis *calcare torcular*, et *inebriare*, sicut in Thren.: *Calcavit torcular filii Sion*, et, *inebriare calcæ iræ*, etc.

VERS. 7. — MISERATIONUM, etc. Postquam propheta devictas per Evangelium gentes, ac triumphum Christi de hostibus suis narravit, animo (ut existimo) videns multa prius Judæos passuros, ac demum adventiente redemptore pejus habituros, et in peccatis permansuros, orationem ad Deum fundere decrevit, quæ durat usque ad finem capitis sequentis, quæ antiqua beneficia in Israel collata commemorat, nempe electionem in populum Dei, introductionem in terram promissam, etc. Deinde ob ingratitude captivitatem Assyriorum et Babyloniorum, et plures alias calamitates perpersum Israel inducit conquerentem, et adventum Messie exoptantem. Tertio advenisse, ut optabant, commemorat, et vehementer dolet quod nihil melius habeat Israel. Tandem quasi sentiret abjecisse Dominum populum suum, non sine magno dolore orationem claudit; cui respondet Dominus cap. 65. Quam seriem qui non animadvertent, multa præter rem afferre coguntur; allucinantur autem, quia rabbinos sequuntur. RECORDABOR, vel *commemorabo*. Volo, inquit, breviter commemorare misericordias Domini; quod exponens ait: *Laudes Domini iuxta omnia*, etc. Volo laudare Dominum pro singulis populo suo collatis beneficiis, et multis bonis quæ in Israel contulit, pro infinita ejus misericordiâ. Et licet in hæc oratione, seu hoc cantico, dura, ut dixi, comprehendat, neque peccata populi ad abjectionem sileat, videaturque canticum lugubre, quia quam justus et rectus sit Dominus intelligebat, *canticum laudationum Domini* vocat; esque versus hic veluti cantici titulus et exordium.

VERS. 8. — ET DIXIT, nempe olim Dominus. VERTAMEN, vel *fortasse*; est enim פן interdum omniantis, sicut Ps. 119: *Forsan tenebræ obruent me*, etc. Hæc autem referenda sunt ad electionem Israelis in populum Dei, antequam educeretur ex Ægypto; q. d. Dominus: «Volo ex omnibus gentibus hunc populum in meum accipere; etsi enim sunt homines, sunt tamen ex semine dilecti mei Abraham; fortassis et populus meus ipsi,» id est, fortassis isti qui populus meus sunt, et quos in populum meum eligo. FILI NOS NEGANTES, vel *non fallaces erant*. Est enim verbum futuri *ieschakkerru*. Manifestum quidem est, multo antea notum Deo fuisse quales illi futuri essent. Sed nihil aliud hæc notant, quam si ex ipsis rebus petendum esset iudicium, illud potuisse prudentem quempiam hominem sperare propter patrum sanctitatem et fidem quæ suos filios imbuerant, et pactum circumcisionis, etc. ET FACTUS EST EIS SALVATOR. Cum igitur fidelitatem sibi promississet, hæc spe conceptâ *factus est eis in salvatorem*, eos educens de terrâ Ægypti in manu validâ.

VERS. 9. — IN OMNI TRIBULATIONE, etc., id est: Quanta cumque in eos ingruerent mala, non permittebat eos succumbere, aut calamitatibus opprimi. *Non coartavit eos Deus*, id est, non permisit eos coartari;

vel *ipsa angustia non arctavit eos*; vel *in omni angustia eorum non angustia scilicet fuit*. Insecuti sunt Ægyptii à tergo, ex altera parte montes, à fronte mare erat, in arcu positi esse videbantur; tamen non sunt coartati. Idem in penurâ panis et aquæ et cæterorum omnium per quadraginta annos in deserto est quod Paulus ad Corinth. dicebat: «In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.» Nam aut suos eripit ex angustia Dominus; aut certè, ut Paulus item ait: «Sicut abundant tribulationes, abundant et consolationes; et consolatur suos in omni tribulatione eorum.» Quare existimarem figmentum esse rabbinorum ut *lo pro lo* accipiatur; quod tamen perisque ex nostris placuisse video. Rabbinus autem ita voluerunt, ut haberent quo confirmarent aliud figmentum; cap. 59, ubi nos legimus: «Et Israel non congregabitur,» illi legunt: «Israel ipsi congregabitur;» quæ quantum à se distent, nemo non videt. ANGELUS FACIET EUS. De illo Angelo qui comitatus est Israelitas per desertum est sermo, quem vocat *Angelum faciei Dei*, qui vultui Dei assistebat, vel qui faciem et presentiam Dei referebat, et loco Dei illis aderat. INDELECTIA. Notat sapius in deserto et in terrâ etiam promissionis peccasse, sed illis indulisse Dominum, et pepercisse ex gratiâ et amore quem erga eos gerbat: idcirco per longum tempus illos detuleri, *portaverit, levaverit*, id est, à malis eriperit, et ad magnam gloriam evertit. Habuerunt enim potentissimos reges, ingentes divitias, opinionem sanctitatis eum cultum et templum, fueruntque toti mundo celebres; neque enim alteri unquam nationi talia Deus fecit, etc. Quæ felicitas per plures annos duravit, indulgente sapius Domino, et ad eorum scelera convivente, quosque tandem eum exacerbaverunt.

VERS. 10. — AD IRACUNDIAM, etc. Ad idololatriam referendum est et ad prophetarum occisionem. Istit enim videtur spiritus Dei merore affici. Post multa beneficia, postquam multis annis indulserat, tandem diutius suscinere non potuit, et ab indulgentiâ in iram, à dilectione in inimicitias propter eorum scelera mutatus est. Quare sequitur quod *conversus sit eis in inimicum*; possunt enim multiplicata scelera nostra indigentissimum patrem in hostem convertere; ut videlicet quales nos erga peccata gerere debeamus. Quo enim loco duceret quis hominem qui amantissimi patris voluntatem abs se alienaret, qui indignatus multum posset incommode, hereditate pellere, omni republica functione privare? hoc certè loco habere debemus iniquitates. ISE DEBELLAVIT EOS, vel *bellum gessit in eos*; nam ipse *sibilat musca, et vespa signum levabat*; exercitus ciebat; et à Deo instigati hostes in Israel proficerebantur, ut supra jam vidimus. Hæc refero ad bella et excidia quæ ab Assyriis et Babylonis passi sunt Judei, et ad eas calamitates quas passi sunt post reditum à Babylone.

VERS. 11. — ET RECORDATUS EST. Ut constet series, cuius maxima habenda est ratio in prophetis orationibus, de populo accipio, q. d.: In medio illorum

malorum, cum in captivitate agerent, aut cum dira pati se viderent, recordabantur diem seculi Moysi; et in hunc diem dicebat: *Ubi est, etc.*, in nominandi ergo casu veri potest, *populus ejus. Populus ejus recordatus est diem seculi Moysi, dicens: Ubi est, etc.* Ita solebat antiqui expostulare cum Deo: *Ubi est Deus Helian, etiam nunc, etc.*, id est, quid non modo sic ut tunc subvenit? Cum PASTORIBUS, vel *pastore*, nempe Mose gregis ejus; antecessens ponitur pro relativo, id est, *cum pastore suo; cum pastore, qui eos reget, etc.* SPIRITUM, etc. Potest hoc ad ventum, qui mare exsiccavit, referri, quod in medium maris spiritum vehementer immiserit: vel ad angelum qui in medio Israelis erat; vel etiam ad ipsum Dei spiritum, quo allatus Moses et Aaron populum regebant et judicabant, etc.

VERS. 12. — QUI DEXIT, vel *ambulare fecit. Fecit, inquit, ire ad dexteram Moysi brachium decoris, seu gloriae suae; erat quippe à dexteris Moysi virtus seu potentia Domini ad miranda perpetranda; sicut qui dicebat: A dexteris est mihi, ne commovear.*

VERS. 14. — SPIRITUS DOMINI DEXOR EJUS FITT. Deest relativum, *Sicut animal quod spiritus Jehovæ dimittit, dimittit; relinquit, ut liberè, scilicet incedat, quò liberit.* UT PACERES TIBI, etc. Quemadmodum Moses, cum ei dixisset Dominus: *Peccavit populus tuus iste quem eduxisti, etc.*, dixit Domino, *ut misereri vellet populi sui, quem eduxisset de terrâ Egypti, alioquin malè consuleret nomini suo, etc.*, causam illum nimium causam Dei faciens; ita isti in suam ipsius utilitatem et gloriam populum eduxisse aiunt, ne ipsos, tanquam rem suam, vellet perdere.

VERS. 15. — ATTEDE, seu *respice*, cum Deum deprecamur, ad cœlum mentem jubeatur attollere, ut Deum naturâ ab omnibus quæ sunt in terrâ alienum existimantes, et mentem quoque ab istis abstrahamus, et illum majori religione veneremus. Idcirco dicitur *caelum habitatio sanctitatis Dei*, ubi illa divina majestas lucem habitat *inaccessibilem*; dicitur etiam *habitatio decoris Dei*, id est, decora, et quam videre valde appetere deberemus. Petit itaque Isaias nomine populi, ut res Judæorum aspiciat, neque se tantum contentus, rei populi sui obliviscatur. *Uti est, etc.* Amorem Dei, eâ præsertim ratione quâ hostes populi sui vexabat, solè Scriptura zelum vocare. Hunc experti fuerant Patres antequam in Ægypto servitute premerentur; hunc populus ipse tempore egressionis de Ægypto quasi manibus contractarant, et scaptis aliis zelo hoc Dei, qui nolebat ut quisquam populum suum tangeret, erepti fuerant, fuis ac deletis hostibus. Hujus ferè nulla vestigia jam videbantur, pessimeque habebant; ideorogant, ubinam esset zelus ille magnâ cum potentia quæ universa superaret conjunctus. MULTITUDO VISCERUM. Quid appellet viscera, exponit: *Miserationum tuarum*; quare et conjunctum etiam *viscera misericordie* dicitur. Singulis penè momentis miseraciones Dei super se sentiebant olim Judæi; cum igitur Deum naturâ immortabilem fide agnoscerent, de miseracionibus illis interrogant, ubinam essent.

Hinc percipere possumus, beneficia Dei esse nobis animo semper versanda, quò alia exoptemus, et petere etiam plura audeamus. Naturâ enim fit ut noster in eos potens sit animus quos beneficiis affecimus, *magisque eos diligamus* (ut est apud Aristotelem) *quam à quibus beneficia accepimus.* Alia igitur ab eodem; veluti quodam amoris jure; audacter expectabimus, si multa in eos jam collata commemoramus. Ideoque David, cum ingentia quædam in se à Deo collata beneficia retulisset, ea esse causam affirmat cur *inveniret cor*, id est, fiduciam haberet, *ut oraret coram Domino*, etc. Hinc iste Isaiæ querimonie. SUPER ME, vel *erga me*. Si hoc membrum affirmativè legas, magnum doloris sensum habet; si interrogativè, ingentem et acrem admirationem; estque emphasis in pronomine. Quòd si multitudinem illam miseracionum quasi in omnes homines et non in Judæos tantum accepisset, sensus erit: *Ubinam sunt miseraciones tuæ, Domine, quæ universæ nationes experiuntur? mihi tantum denegabuntur? erga me multo erunt, qui sum populus tuus, etc.*

VERS. 16. — INDIGNUM valde videtur, ut erga nos contineas miseraciones tuas; NAM TU PATER NOSTER. Tu, tu, inquam; nihil enim genus Abrahæ facimus; idcirco illi Abrahæ dici nolumus, quò ille servus tuus fuerit; nullo nisi te patre gloriamur; nihil nobis cum Abrahamo aut Israele est præ te; quòd illi nihil nobis nisi à te contulerunt, patres nobis fuisse secundum carnem; tu illos, et nos genuisti; mortui sunt, et nos tempestate jactamur, à te et illi et nos pendemus. Si sua merita, si suffragia nobis commo-dare possunt, non certè nisi volente et donante te commo-dabunt; tuum enim nomen ab æterno est. Ne ex hoc loco hæretici putent quidquam se adversus Ecclesiam habere, scito, quòd quantum olim in limbo existentes Patres vivis filiis professe possent, non usque adeò manifestum est; hoc tamen Christianis omnibus manifestissimum esse debet, longè nunc diversam esse rationem eorum qui nos precesserunt in signo fidei, et dormiunt in somno pacis, et apud Deum ejus gloriâ fruuntur; ab illis qui Deum non videbant; nostri enim in Deo nostra vident; et quòd velit Deus ut pro nobis intercedant, quòd eò faciunt efficacius et libentius quam dum hic viverent, quò majore et Dei et nostri dilectione tenentur.

VERS. 16. — QUARE ERRARE NOS FECISTI, etc. Preoccupatio est, quasi quis obijceret errata et effrenem peccandi libidinem; q. d.: *Si propter nostra scelera misericordiam denegas, quid est quòd nos errare fecisti?* etc. Non quòd scelorum suorum auctorem Deum crederent (quod qui credunt impli sunt), sed quòd intelligerent potuisse Deum impedire ne peccarent, servatâ etiam arbitrii humani libertate; quòd tamen Deus non nisi illis prestare creditur qui ejus donis grati sunt et benè utuntur; hoc enim sancto semine et cœlesti dono videtur continere ne labantur, ingratos autem dimittere; quam dimissionem lapsus sequitur. Hinc fit ut credam, ob ingratiitudinem quæ etiam mortalis criminis limites non attingit hominem

ad amissionem divinæ gratiæ disponi. Nam cui Deus specialè auxilio non adest, ille diu in officio nequam consistet. Illi autem qui jam lapsi sunt, si se peccatis ipsi submergant, et nullo Dei timore infrenentur, cum propter hujusmodi scelera auxilia quæ passim Deus ad resurgendum omnibus dat eis nihil prosint, indurantur in peccatis; ut hæc tantummodo ratione à Deo indurari dici possent, quòd cum posset facere ne indurarentur, non facit; omnia enim quæ sub sole fiunt hæc generali ratione Deo tribui possunt. CONVERTERE PROPTER SERVOS TUOS. Innuunt, quòd si Deus faciem videret (quam certè peccata eorum avertere fecerant), neque ipsi errarent viis ejus, neque cor amplius obduresceret, quinimò timori Dei cederet; quo fieret ut calamitates quoque cessarent; nam etsi dicant, *Deum sibi ipsis errandi causam præbuisse*; intelligunt tamen se justo Dei judicio delictos. Quare ad sanctitatem et merita Patrum coniungunt, sano quidem consilio; nam si licuit Isaiæ dicere: *Convertere, Domine, propter Judam, Ruben, Levi, etc.*, quos hic vocat *baculos*, quis adeò cæcus erit ut non videat multò magis nobis licere dicere: *Convertere, Domine, propter Beatam Virginem matrem tibi dilectissimam, propter Petrum, Paulum, Joannem, et cæteros baculos hereditatis tuæ?* Quid aliud facimus cum sanctos precamur ut nobis veniam ac gratiam obtineant, quam Deo eorum sanctitatem et merita exhibeamus, ut non propter nostram indignitatem avertatur, sed propter eorum sanctitatem, et propter amorem quo eos prosequitur, ad nos convertatur; etsi preces nostras non attendit, eorum saltem orationes non sinat inanes fieri? TRIBUS HÆREDITATIS TUE. Nomen *erga* seu *baculi* Hebræis transferunt ad significandas tribus et familias, seu etiam auctores familiarum, qui ex unâ arbore seu radice nati sunt, cujusmodi fuerunt filii Jacob, qui ex ipso prognati duodecim familiis seu tribus genuerunt. Ergo hic duodecim patriarcharum meminit, quorum celebre quidem nomen erat, sed sanctitas morum multò certè inferior sanctitati Apostolorum, qui sunt *baculi hereditatis novæ*, qui nos in Christo genuerunt, propter quorum dilectionem et fidem multa etiam hodiè Deus servis suis condonat.

VERS. 18. QUASI NIXIUM, *lamitseat, ad modicum, vel pro modico.* Sani qui volunt verba esse sanctus ut sit sensus: *Ad modicum populus sanctus tuus possedit sanctuarium tuum; hostes nostri concupiscunt.*

1. Utinam dirumperes cœlos, et descenderes! à facie tuâ montes defluerent;
2. Sicut ustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, et notum fieret nomen tuum inimicis tuis; à facie tuâ gentes turbarentur.
3. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus; descendisti, et à facie tuâ montes defluerunt.
4. A seculo non audierunt, neque auribus perciperunt; oculus non vidit, Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te.
5. Occurristi letanti, et facienti justitiam; in viis

culcaverunt, sup. illud, etc. Sed nimis dura est hæc trajectio; et sensus quem Vulgatus secutus est potius est amplectendus; pro modico enim et quasi modicum idem sunt; ut hæc dicta sint pro eo tempore quo civitas in hostium potestatem devenerat. Possumus quoque sic accipere: *Ad modicum, id est, modicum fuit, quin nos, etc.*, q. d.: *Parum abest quin hostes possideant populum tuum, et conculent sanctuarium tuum, ut aptè hæc referantur ad ea tempora quibus, deficientibus ducibus ex Jehuda, Herodes ex patre Idumæo rempublicam Judæorum gubernabat.* Oratio enim, ut dixi, totum tempus ordine prosequitur ad electione Israelis usque ad ultimam vastationem.

VERS. 19. — FACTI SUMUS QUASI IN PRINCIPIO. Notam similitudinis Vulgatus de suo addidit, neque malè; interdum enim Deus. Sed notanda est Hebræorum phrasis, quâ cum nominibus temporis et locorum omittunt relativum et verbum substantivum. *Timebunt ab Oriente nomen tuum*, id est, qui sunt apud Orientem. Sensus ergo est: *Sumus qui à seculo eramus*; qui cum Vulgati interpretatione coincidit; ad verbum enim legitur ut in editione nostrâ vides. Cui NON DOMINAREMUS. Particulam quoque temporis hic addidit doctus interpres; nam ad verbum legitur: *Non dominatus es in eis*, id est, quando non dominaberis; de quâ loquendi formâ jam supra dictum est. NOSTRUM; *nam in eos*; sed rectè mutavit Vulgatus; ad eos tamen referitur qui in seculo illo fuerant, quasi sic diceret: *Facti sumus sicut qui à seculo fuerunt, quando tu in eos non exercebas dominium, neque vocabatur nomen tuum super eos*; vel *seculum illud respiciunt quo in Ægypto fuerunt, antequam ad eos mitteret Mosen*; vel certè tempora ante Abraham; sentiantque se non magis curâ Deo esse quam cum non essent Dei populus, tum propter adversa quæ non depelebat, tum etiam propter mores qui in Israelæ obtinuerant nihilo gentium moribus meliores. Neque video quibus aliis verbis suam miseriam lulentibus exponere potuissent. Cogita quid sit sine Deo vitam ducere, et intelliges in quo statu essent res Judæorum ante adventum Christi, in cujus adventum cum hæc manifestè respicietur quæ jam sequuntur, rabini suis distinctionibus rem hic planè obscurare voluerunt, et primum verbum capitis sequentis hujus partem faciunt; quorum inventum non aliâ ratione refutare decrevi quam continuâ et aptissimâ interpretatione, secutus doctissimi et christianissimi interpretis divisionem.

CHAPITRE LXIV.

1. O Dieu, si vous vouliez ouvrir les cieux et en descendre, les montagnes s'écouleraient devant vous.
2. Elles se consumeraient comme si elles étaient dévorées par le feu; les eaux seraient en ébullition, et par là votre nom se signalerait parmi vos ennemis, et les nations trembleraient devant votre face.
3. Lorsque vous ferez éclater vos merveilles, nous ne pourrions les supporter. Vous êtes descendu, et les montagnes se sont écoulées devant vous.
4. Depuis le commencement du monde, les hommes n'ont point entendu, l'oreille n'a point vu, et l'œil n'a point vu, hors vous seul, ô Dieu; ce que vous avez préparé à ceux qui vous attendent.
5. Vous êtes allé au devant de ceux qui étaient

tuis recordabuntur tui; ecce tu iratus es, et peccavimus; in ipsis faimus semper, et salvabimur.

6. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatae universae justitiae nostrae; et cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos.

7. Non est qui invocet nomen tuum; qui consurgat, et teneat te; abscondisti faciem tuam à nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostrae.

8. Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: et fictor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos.

9. Ne irascaris, Domine, satis, et ne ultra memineris iniquitatis nostrae; ecce respice: populus tuus omnes nos.

10. Civitas sancti tui facta est deserta; Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est.

11. Domus sanctificationis nostrae, et gloriae nostrae, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12. Numquid super his continebis te? Domine, tacebis, et affliges nos vehementer?

VERS. 1. — UTINAM NŔ ut supra 48: *Utinam attendisses praeceptis meis*; est itaque optans. Sunt ergo vota Judaeorum desiderantium adventum Messiae, quò à malis illis eriperentur; aut potius sunt vota Isaiae pro populo. Sed cum Judaei Messiam à caelo non expectent, vim litterae suo more inferunt; nobis verò omnia plana sunt. A FACIE TUA MONTES DEFLEVERUNT. Alludit ad descensum in montem Sina, quando *prae ardore videbantur montes liquescere*; quo tropo non uno loco Scriptura utitur: *Montes, sicut cera, fluxerunt à facie Domini*, etc. Figurata verò per *montium fluxum* intelligit propheta opera stupenda et admiratione dignissima quae in adventu Messiae expectabantur. Ea quisvis christianus facile potest commemorare; quae natura plus admiratur quàm *montium fluxum*, vel *tripudium*.

VERS. 2. — SICUT EXISTIO IGNIS TABESCENT. Verbum *tabescere* addidit Vulgatus; ad verbum, sic habetur: *Secundum succenti ignem*. Est enim illud verbum *carac*, quod habetur Deut. 32, et Jer. 17: *Ignis accensus est in ira meâ*, infinitivum, ut nomen accipit Vulgatus, pertineteque comparatio ad superiora: *Montes defluxissent, sicut accenso igne*, etc. Manifestor autem esset oratio, si vitato hebraismo nomen *ignis* non repeteretur; *Sicut accensus ignis liquidas aquas elicit*. Et puto esse sermonem de aquis quae virtute ignis et aliis rebus eliciuntur, ut ex herbis, lignis, etc., vide supra cap. 50. Quò si quis *baah* pro *ebullire* accipiat, quod à verbi significatione alienum non est, similitudo est de quibusvis aquis quas ignis facit ebullire, ad quem modum etiam faciat Deus ebullire montes. Sed prior sensus magis placet. Ut NOTUM FIERET, etc. Propheta in adventu Christi non

dans la joie, et qui vivaient dans la justice; ils se souviendront de vous, en marchant dans vos voies. Vous vous êtes mis en colère contre nous, parce que nous vous avons offensé, et que nous avons toujours été dans nos péchés. Cependant nous espérons que nous serons sauvés.

6. Nous sommes tous devenus comme un homme impur; et toutes nos justices sont comme le fange le plus souillé. Nous sommes tous tombés comme la feuille des arbres; et nos iniquités nous ont emportés comme un vent impétueux.

7. Il n'y a personne qui invoque votre nom; qui s'élève vers vous, et qui s'attache à vous. Vous avez dédaigné votre visage de nous, et vous nous avez brisés sous le poids de notre iniquité.

8. Cependant, Seigneur, vous êtes notre père, et nous ne sommes que de l'argile; c'est vous qui nous avez formés, et nous sommes tous les ouvrages de vos mains.

9. N'allumez point, Seigneur, toute votre colère, et ne vous souvenez plus de nos crimes; jetez les yeux sur nous, et considérez que nous sommes tous votre peuple.

10. La ville de votre sanctuaire a été changée en un désert: Sion est déserte, Jérusalem désolée.

11. Le temple de votre sanctification et de notre gloire, où nos pères avaient chanté vos louanges, a été réduit en cendres, et tous nos bâtimens les plus somptueux ne sont plus que des ruines.

12. Après cela, Seigneur, vous retiendrez-vous encore? Demeurerez-vous dans le repos, et nous alligerez-vous jusqu'à l'extrémité?

COMMENTARIUM.

tam liberationem populi quàm Dei gloriam et nominis ipsius celebrationem attendere videtur. A FACIE TUA GENTES TURBARENTUR, seu commoverentur; videtur esse explicatio *liquefactionis montium*, vel *agnitionis nominis Domini*; per Evangelium enim commotum sunt nationes orbis, ut eum inciperent timere quem antea ignorabant, etc. Optabat autem propheta hanc commotionem in gentibus non solum ad celebrationem nominis Domini, sed ne electis Dei nocerent. Verùm si negligamus rabbinorum distinctiones, et hic versus incipiat, alius sensus angustior erit; verba autem sive in futuro, ut in Hebræo habentur, vel in presenti accipi possunt. Cogita ergo, prudens lector, Isaïam prophetam in spiritu videre adventum Domini, et gentium conversionem et Christi victoriam, quam paulò ante cecinerat, Judæos autem adhuc immotos manere, et quasi dolentem et semidesperantem dicere: «A facie tuâ gentes commoverunt; video jam gentes ante te commoveri, et ad predicationem Evangelii contremiscere; at nos»

VERS. 5. — CUM FEGERIS, vel cum *facias terribilia*, et quæ saxa et arbores possent perterrelacere, nedum gentes, nedum eos qui religione tibi astricti sunt; nos tamen non attendimus, non attentionem prestamus, neque quid agatur mente volvimus, sed veluti lapides haeremus, et in tantâ rerum commotione profundum dormimus et quiescimus. Innovatur apud gentes religio; quærît totus orbis Deum Jacob; illum timent et venerantur, quem nos veluti impium damnavimus; adimplentur prophetarum oracula; nos in captivitate sua dispersione exules agimus; gentes Scripturas nostras legunt, in illis oblectantur; nostram desiderant ex nostris Scripturis nobis impropere; et tamen non

attendimus ad isthæc adeò terribilia, quibus si liquefactionem montium conferas, risum moveres. Quis hæc vel referens non inhorrescat? Nec mireris quòd pro *sustinebimus*, dixi, non attendimus, vel non attendimus; nam *carac*, ut jam supra non semel ostendi, dicitur de *animatorum suspensione*, et *attentâ animi consideratione ad aliquam rem*, ut non semper verbo *expectandi*, sed interdum verbo *spectandi* reddi debeat. Job. 17: *Etiam si diu et circumquaque spectavero, tamen infernus domus mea est*, etc. Vulgatus pro *sustinerere expectando* accepit, ut interdum solet. DESCENDISTI. Optabam ut *descenderes*, desiderabam, *liquescerent montes*; quasi nihil aliud nobis opus esset ad nostram perpetuam felicitatem. O vota inania! ecce jam *descendisti*; ecce jam *montes fluxerunt*; video totum orbem perterrefactum; video universas nationes commotas.

VERS. 4. — A SEculo non audierunt, etc., vel, à seculo non est auditum, neque unquam fuit qui auribus perciperet; nullius hominis oculus unquam vidit quae video Deum facientem iis qui ad ipsum inhiant, et amore ejus tenentur. Hæc pro *montium fluxu* posuit propheta, significans omnem intellectus humani spem et capaciatem excedere quae per Christum mundo exhibita sunt. Hunc enim locum ita etiam interpretatur Paulus, 1 Cor. 2, paucis immutatis verbis.

VERS. 5. — OCCURRISTI LETANTI, vel, obviam habuisti gaudentem, et facientem justitiam; eos denique qui in viâ mandatorum tuorum tui sunt memores; istis, inquam, bona tua, quae nullus hominum putasset, obtulisti: quicumque enim de tuo adventu gavisus est, et justitiam proinde apprehendit, currens in viâ mandatorum tuorum, tui memor, et cæsuæque omnia tibi offensus, is per te servatus est, ex quo quicumque is gente suo regione fuerit. Sed heu nos miseris Judæis! nam tu iratus es, etc., ut mox sequitur. Hinc interim cogita, christiane lector, quibus prosit adventus Domini. Ut enim omnem personarum acceptationem excluderet, indefinitè dixit *letantem, facientem justitiam*, etc., ubi etiam vides, quàm non nimica naturæ hominum aut diligit aut imperet, gaudium per justitiam, Dei recordationem, et similia quae in his comprehenduntur. Volui versus dividere, quòd diversa admodum hic continerent. Ecce TU IRATUS ES, etc. Illos quidem *obviam habuisti*, illis dona tua celestia obtulisti; at in nos Judæos *effervuisti irâ*; nam *peccavimus*, et in ipsis peccatis semper faimus; propter peccata iratus es; et postquàm iratus es, à peccando non destitimus, qui semper in illis fuimus. ET SALVABIMUR. Libenter hoc per interrogationem legerem: *Et salvabimur?* q. d., *minimè gentium*; vel: *Et salvati sumus*; nam pretium pro omnibus quantivis peccatoribus persolutum est, ut omnes qui velint salvi esse possint; at cum salutem advenientem amplecti debuissimus, tamen nihil meliores facti, imò multò peiores; nam *facti sumus*, seu *faimus*, velut *contaminati*, etc.; vel quintus versus sic accipi potest, ut de præterito sit sermo, et verba pro imperfectis præteritis accipiantur: «Ecce olim frasc-

baris, et nos nihilominus peccabamus; et cum in peccatis semper degeremus, tamen salvabimur; at nunc facti sumus ut contaminatus, omnes nos, etc. Et hic sensus planus est.

VERS. 6. — FACTI SUMUS UT IMMUNDI, etc. Ad tempora post Christi adventum omnia quae sequuntur referenda existimo. Ad contaminatos in lege nemo accedere audebat; ita Judæos post Domini passionem et Evangelium annuntiatum nemo est qui non ut reos et contaminatos ducat. PANNS MENSTRUATAE. Ita quod nonnulli ex rabbinis vertunt: alij tamen *idim* pro *detritis panis accipiunt*. Ego certè aut per antiphrasim pro *contaminatis* accipere, aut à verbo ed deductum dicere: *ad enim præda est, quasi justitias Judaeorum comparet vestibus præda*, id est, dilaceratis, dilaniatis. Indigne sunt autem hominum conspectu hujusmodi vestes; ita et *justitias* Judaeorum post adventum Christi; erant enim rei sanguinis Christi, quem sibi imputari et filiis suis magnis vobis petierunt. Adde quòd universam justitiam exteriori cultu definebant; quare magnâ ex parte nulla erant, id est, ad nullos usus apte. Non igitur ex hoc loco patrociniolum habent qui omnia opera nostra damnant et peccata esse contendunt; non enim nisi de justitiis Judaeorum seu hypocritarum est sermo, quibus nulla fides erat. CECIDIMUS. Verbum Hebraeum de corruptione florum et foliorum, quando marcescit, dicitur; nullus Judæis subindè decor neque viror, neque ullus intus succus divinae gratiae, quo consistere in terrâ sua possint, aut sub Dei protectione; sed hujusmodi humore destituti, et Deo aperiente manum ut à se divellerent, statim in omnes gentes divisi sunt, quemadmodum *ventus folia arida* et quisquilias dispergit. Neque solum corpore vagi et dispersi sunt in omnes provincias orbis, sed errorum et opinionum variarum tempestatibus jactati hæc atque illuc fluctant.

VERS. 7. — QUI INVOCET NOMEN TUUM. Verè et ex animo, quod mox explicat. QUI CONSURGAT; *mitheor, seipsum excitet, exsuscitet magno animi conatu*; parvi enim refert frigidè oratio, et dicere ore tenens, *Domine, Domine*. Vera oratio est cum sui ipsius *exsuscitatione*, tanquàm ad rem seriam et magni ponderis, excutere desideria, invocare ab aliis omnibus animum, et magnâ animi contentione ad deprecandum Deum accedere. Hoc qui facit, *tenet Deum*, seu *apprehendit quasi manu*, et ne elabatur tenet, ut sententiam revocet, neque priùs abeat quàm nobis benedicat, ut fecit Jacob, ob quod *Israel* vocatus est, quasi in *Deum prevaluisset*. Sic *tenebat Moses Deum*; illæ enim voces: *Dimitte me, ut trascatur furor meus*, etc., quid aliud sonant nisi quòd à Mose fortiter tenebatur? ut ad hanc *retentionem* putem postea factam allusionem quodam prophetae hoc verbo utuntur, et de Deo et nobis est sermo. ASCONDISTI FACIEM. Vulgatus omisit particulam rationalem, vel temporis *in*: et si pro *quia* accipiatur, tribuere videtur propheta iræ et punitiõni quod dixerat, nempe non esse qui *Deum teneret*, etc., non est qui se exsuscitet, ut te teneat percutientem et omnia

devastantem, quia abscondisti faciem tuam à nobis; id est, omnino decrevistis nos delere, non videre miseriam nostram, ut misceraris. Et ALLISISTI, vel liqueficasti, seu resolvistis, nos in manu iniquitatis nostræ; id est, tradidisti nos peccatis nostris, ut illa nos comminuerent, resolverent, et omnem virtutem nostram exauriant, ut consistere prostris nequeamus, sed sicut cera que liquescit laberemur, et tota republica nostra, regnum, cultus, religio, dignitas, insuper fides, spes, charitas et quicquid virum est, tam animi quam corporis, evanescent. Has enim vires habet iniquitas in sui auctores, ut si in manus ejus tradantur, sive homines sive integra imperia, brevissimo tempore comminuantur, velut vas testaceum magnà vi lapidum obrutum: aut certè liquecant et, ut ea que ignis calore dissolvuntur, vires amittant, neque amplius consistant, sed in præcepis labantur. Propter peccatum enim regnum de gente in gentem transfertur; et quicumque peccatum concepit, parit laborem et dolorem. Denique eversiones totius mundi sub Noe, et Sodomorum, et omnes alia per iniquitatis manus evenerunt, abscondente Deo faciem suam et saviente. Quòd si regna in quibus viget iniquitas hodie stare conspici, certò scias nondum tradita esse huic tortori, et adhuc superesse qui Deum teneant. Quòd si 15 pro quando accipias, dolet propheta quòd nemo sit qui Deum teneat, quando iratus abscondit faciem suam, ut iniquitas liberè pervagetur saviente. Scio quidem vocem 17, id est, iniquitas, posse capi pro ipsà iniquitate pœni; sed sensus idem est. Peccatum enim, si ejus manibus tradamur, intus et extra vastat.

VERS. 8. — ET NUNC PATER NOSTER, etc. Ad commiserationes redit; patrem vocant, id est, auctorem generis; quod *lati* et *figuli* similitudine explicant, ne velit *opus manuum suarum* sic perire; quæ enim manibus nostris confectus non æquo animo fecerimus si confringantur: nemo enim labores suos non magni facit, et opera etiam ex luto ut filios diligunt homines.

VERS. 9. — SATIS. Ad verbum, usque valdè. Duo videtur petere, ne iram multum sinat exrescere; ne sit valdè magna ira; neque longo tempore iram servet; sequitur enim: Neque in sempiternum recorderis iniquitatis. Recordari autem iniquitatis est non remittere, punire, etc. Vulgatus 27 secundo loco pro *ultra* accepit; sed in eo quem explicavi sensu accipiendum est illud *ultra* in Vulgato, id est, æternam seu longum tempus. Et (ni fallor) petit propheta ne Judæorum reprobatò æternam daret. Quare esse *Dei populum* commemorat, et per hypotyposin indignissimarum rerum ad commiserationem provocare conatur.

CAPUT LXV.

1. Quæsierunt me qui ante non interrogabant; invenerunt qui non quæsierunt me; dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem, quæ non invocabat nomen meum.

2. Expandi manus meas totà die ad populum incredulum, qui graditur in viâ non bonâ post cogitationes suas;

VERS. 10. — CIVITAS. In Hebr. plurale est, *civitates*; quod de universis civitatibus Judææ intelligit, vel de Sione et Jerosolymâ, de quibus veluti de duabus civitatibus loquitur, ut mox exponit. SACRIT, vel sanctitatis. Ita vocabatur Jerosolyma propter templum et cultum; forè Vulgatus Davidem intellexit.

VERS. 11. — DOMUS SANCTIFICATIONIS, etc., vel sanctitatis quâ Deus sanctè colitur à nobis, et in quâ tota sanctitatis nostræ ratio continetur; propter cultum enim sanctus dicebatur ille populus, quia Deum sanctum et ab aliis omnibus separatam sanctis ritibus colebat. Dicebatur etiam *domus decoris*, seu *gloria Israel*, quia hæc unâ re super omnes nationes conspici erat, quòd apud ipsos solos erat templum et cultus veri Dei. Unde quàmdiu templum et cultus stabant, cætera omnia detrimenta æquo animo ferebant. Unde cum eos morere afficere vellet, sæpius minabatur quòd domum illam everteret; nam ex templo et cultu gloriam et honorem tantum aucupabantur. Quare non tam Deum in eâ domo quam seipso colebant. Hoc honore cum impij indigni essent, illo eos expoliabant. Quæ an conveniant etiam nostræ ætati, qui legit intelligit; non tamen ut impius Eham alios ad ea que ipse vidit conspicienda vocet, sed condolens ipse *consurgere et tenere Deum* conetur. *IN QUO TE LAUDABERUNT*, etc. Etiam parietes intra quos Deus laudatur et colitur magni faciendi sunt, præsertim si à sanctis viris laudes et cultus exhibeantur. *DESIDERABILIA, Expetibilia*, tam privata quàm publica, palatia, *domus solatii* (quas vocant) et cætera que appetuntur, *fiunt in siccitatem*; sic enim vocat hebraismus etiam ignis exactionem. Vulgatus ad *domos et viros et munitiones* videtur retulisse; sed omnia puto comprehensa, ut Thren. 7: *Dederunt expetibilia sua pro cibo*, et iterum: *Manum suam misit hostis ad omnia expetibilia ejus*; et Joel 3, etc.

VERS. 12. — NUMQUID, etc. Statum rerum Judaicarum videbat Isaias post illam per Titum vastationem; hæc, credo, desolebat, quòd tunc temporis omnia que antea Israel habuerat, tam spiritalia quàm temporalia bona, simul corrûere et interiùre. Causam itaque eorum Deo populi sui agens, ea omnia commemoravit que Deum ad commiserationem flectere posse videbantur. Orationem itaque vehementi percuçatione concludit, quòd vix adhuc possit ut credat quòd in tantis illius populi malis, quem tantopere ab eo dilectum fuisse sciebat, simul cum ablatione cultus sui, dissimulet in sempiternum tam clemens Deus. *Numquid te continebis, Domine? ferine potest ut omnino nos perdas?* Sed quid respondeat Dominus, jam audiamus.

CHAPITRE LXV.

1. Ceux qui auparavant ne se mettaient point en peine de me connaître, sont venus vers moi; et ceux qui ne me cherchaient point m'ont trouvé. J'ai dit à une nation qui n'invoquait point mon nom: Me voici, me voici.

2. J'ai étendu mes mains pendant tout le jour vers un peuple incrédule, qui marche dans une voie qui n'est pas bonne, en suivant ses pensées;

3. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper; qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres:

4. Qui habitant in sepulchris, et in delubris idolorum dormiunt; qui comedunt carnein suillam, et jus profanum in vasis eorum:

5. Qui dicunt: Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti funus erunt in furore meo, ignis ardens toto die.

6. Ecce scriptum est coram me; non tacebo, sed reddam et retribuam in sinum eorum.

7. Iniquitates vestras, et iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificaverunt super montes, et super colles exprobraverunt mihi; et remetiatur opus eorum primum in sinu eorum.

8. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inveniatur grana in botro, et dicatur: Ne dissipet illud, quoniam benedictus est; sic faciam propter servos meos ut non disperdam totum.

9. Et educam de Jacob semen, et de Judâ possidentem montes meos; et hereditabunt eam electi mei, et servi mei habitabunt ibi.

10. Et erunt campestria in caulis gregum, et vallis Achor in cubile armentorum, populo meo qui requiescent me.

11. Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui oblitus estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, et libatis super eam:

12. Numerabo vos in gladio, et omnes in caede corructis; pro eo quòd vocavi, et non respondistis; locutus sum, et non audistis; et faciebatis malum in oculis meis, et quæ nolui, elegistis.

13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce servi mei comedent, et vos esuriatis; ecce servi mei bibent, et vos sitiatis;

14. Ecce servi mei lætabuntur, et vos confundemini; ecce servi mei laudabunt præ exultatione fœdis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ conitione spiritus ululabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis; et interficiet te Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio.

16. In quo qui benedixit est super terram, benedicetur in Deo amen: et qui jurat in terrâ, jurabit in Deo amen; quia oblivioni traditæ sunt angustia priores, et quia absconditæ sunt ab oculis meis.

17. Ecce enim ego creo caelos novos, et terram novam; et non erunt in memoriâ priora, et non ascendent super eor.

18. Sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum, in his que ego creo; quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, et populum ejus gaudium.

19. Et exultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo, et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris.

20. Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui non implet dies suos; quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit.

3. Vers un peuple qui fait sans cesse devant mes yeux ce qui ne peut que m'irriter; vers ceux qui immolent des hosties dans des jardins, et qui sacrifient sur des autels de brique;

4. Qui habitent dans les sépultures, et qui dorment dans les temples des idoles: qui mangent de la chair de porc, et qui versent dans leurs vases une liqueur profane;

5. Qui disent: Retirez-vous de moi; mais vous approchez pas, parce que vous n'êtes pas purs. Ils deviendront une fumée au jour de ma fureur, un feu qui brûlera toujours.

6. Leur péché est écrit devant mes yeux, je ne me tairai point, mais je le leur rendrai; et je le verserai dans leur sein.

7. Je punirai vos iniquités, dit le Seigneur, et tout ensemble les iniquités de vos pères, qui ont sacrifié sur les montagnes, et qui m'ont déshonoré sur les collines, et je verserai dans votre sein une peine proportionnée à leurs anciens dérèglements.

8. Voici ce que dit le Seigneur: Comme lorsqu'on trouve un beau grain dans une grappe, on dit: Ne le gâtez pas, parce que c'est la bénédiction de Dieu; ainsi, en faveur de mes serviteurs je n'exterminerai pas Israël entièrement;

9. Je ferai sortir une postérité de Jacob, et de Juda celui qui possèdera mes montagnes; ceux que j'ai élus seront les héritiers de cette terre, et mes serviteurs y habiteront.

10. Les campagnes fertiles serviront de parc aux troupeaux, et la vallée d'Achor servira de retraite aux bœufs de mon peuple, de ceux qui m'auront recherché.

11. Mais pour vous, qui avez abandonné le Seigneur, qui avez oublié ma montagne sainte, qui dressiez un autel à la Fortune, et qui y offrez des liqueurs en sacrifice;

12. Je vous ferai passer l'un après l'autre au fil de l'épée, et vous périrez tous dans ce carnage; parce que j'ai appelé, et vous n'avez point répondu; j'ai parlé, et vous n'avez point écouté; vous avez fait le mal devant mes yeux; et vous avez préféré ce que je ne voulais point.

13. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Mes serviteurs mangeront, et vous souffrirez la faim; mes serviteurs boiront, et vous souffrirez la soif.

14. Mes serviteurs se réjouiront, et vous serez convertis de confusion; mes serviteurs élèveront par des cantiques de louanges, dans le ravissement de leur cœur; et vous cèlèterez par de grands cris dans l'aigreur de votre âme, et en de tristes hurlements, dans le déchirement de votre esprit;

15. Et vous rendrez votre nom à mes élus un nom d'imprécation: le Seigneur Dieu vous fera périr, et il donnera à ses serviteurs un autre nom.

16. Celui qui sera béni en ce nom sur la terre, sera béni du Dieu de vérité, et celui qui jurera sur la terre jurera au nom du Dieu de vérité, parce qu'alors les anciennes afflictions seront mises en oubli, et elles disparaîtront de devant mes yeux;

17. Car je vais créer de nouveaux cieux et une terre nouvelle; et tout ce qui a été auparavant s'effacera de la mémoire sans qu'il revienne dans l'esprit.

18. Mais vous vous réjouirez, et vous serez éternellement pénétrés de joie dans les choses que je vais créer; parce que je vais rendre Jerusalem une ville d'allégresse, et son peuple un peuple de joie.

19. Et je prendrai mes délices dans Jerusalem, et on n'y entendra plus de voix lamentables ni de tristes cris.

20. On n'y verra point d'enfant qui vive peu de jours, ni de vieillard qui ne remplisse le temps de sa vie, parce que l'enfant ne mourra point qu'il n'ait cent ans, et que le pécheur de cent ans sera maudit.